



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Ivventvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve
Adolescentiae Sanctorvm**

Bosendorf, Hermann

Monasterii VVestphalorvm, 1615

Agapitus puer 18. Aug.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42900

De S. Agapito. 18. Augusti.

389

Costantia.

tegis fauore perfruaris. Quibus ille ætate quidem puerili, senili tamen maturitate occlabat: Nemo me separat à sancto patre meo Liberato Abbe, & fratribus meis, qui me in monasterio nutrierunt. Cum ipsis in timore Dei conuersatus sum, cum iisdem extrema quoque lubens perpetiar. Simul nos septem Dominus congregare, simul etiam spero una martyrij corona donare dignabitur. Perducti itaque cum festinatione ad nauale supplicium extensis manibus & pedibus figuntur clavis, tum faces lignis admotæ; verum mox ignis resedit, & quamuis iterum atque iterum magno conatu succenderetur: breui tamen diuino nutu sopitus, tyrannum furore ac verecundia compleuit. Quare ad extremum beati martyres, eius iussu remorum vectibus enecati, & comminuto more canum cerebro, desideratis martyrij laureis potiuntur.

MARTYRIVM S. AGAPITI PVERI
IS. annorum apud Adonem Treuirensim Episc. 18. Augusti. Sur.
Tom. 7.

A pud Prænestinam urbem milliatio ab urbe trigesimo tertio S. Agapitus preclarum martyrij certamen sub Aureliano Imperatore, præside Antiocho, peregit. Cum enim martyrij amore ferueret, annorū nō amplius quindecim iussu Imperatoris diu crudis boum

Bb

2

neruis

neruis cæsus est. Deinde cū nihil eo suppicio moueretur, fuit Præsidi traditus: qui eum terrimo inclusum carceri quatriduana vehementer affixit inedia. Tum vero è custodia eductus ardentibus prunis capiti eius impolitist tortus est. Cumque in illis tormentis gratias insuper Deo ageret, flagellis cæsus, & nudus capite deorsum verso acri subter fumo facto suspensus est. Sed nec illa tormenta martyrem vel tantillum à constantia dimouere; quin potius fortia & virili animo Præsidi dicebat: Sapientia tua & vanitas in fumo laborat. Præses ea martyris virtute irritatus, iterum flagellis à quatuor sibi inuicem succedentibus cædi, aqua bulliente perfundi, & maxillas eius *Constantia* confringi iussit. Sed non tulit homo nefarius & fortitudine martyris, impunè quod in martyrem impiè moliebatur, nā subito casu è tribunali prolapsus, paucis post infelicem animam gemebundus effluit. Porro Imperator Aurelianus audita presidis sui morte, & inuicta Agapiti virtute, iussit martyrem leonibus obijci: qui mox feritatis obliti, pedibus se beati athletæ prostraverunt, eiusque plantas inulta mansuetudine lamberunt. Hoc videntes sceleris ministri, eductum è theatro martyrem gladio trucidarunt.

VITA